



**M**ISSOS

**O**

... nec to hio Raduo Talante ...

... nos inducant ut te specialis favoribus et gratijs prosequamur. Cum itaque sint accepimus in statutis et consuetudinibus ecclie Cartaginensis inter alia expresse contineri dicitur quod nullus Canonicus prebendarius aut in dignitate constitutus sine alias perpetuis portionariis sine beneficiis in dicta ecclia aliquid parochiale beneficium cum dignitate Canonici et prebende vel dimidia portione eiusdem ecclie in Civitate et Diocesi Cartaginensi obtinere possit. Nos itaque qui ut assensu perpetuum beneficium simplex servitorium in dicta ecclia sancti Petri de Murcia cuius fructus redditus et proventus viginti quatuor librarum Turonen parisiarum secundum communem estimationem valore annuum non excedunt obtines premissorum meritorum tuorum intuitu gratioso favore prosequi volentes teque a quibusvis excommunicationis suspensionis et interdicti absque ecclia hac sententijs censuris et penis tam a iure quam ab homine latis quibus quavis occasione vel causa quomodolibet forsan irretitus existis quo ad hoc ut presertim duntaxat consequaris effectum absolventes et absolventes fore censentes tuis in hac parte supplicationibus inclinati tibi ut Canonici et prebendam ac sine cura administrationem vel officium aut integram vel dimidiam portionem in dicta ecclia Cartaginensi si tibi vigore aliarum litterarum ac alias canonice conferatur recipere et una cum predicto simplicia servitoria beneficia quadumvis retinere illorumque fructus redditus et proventus percipere et retinere ac illis simul vel successive simpliciter vel ex causa permutationis per te dimissis alia similia vel dissimilia ecclia huiusmodi beneficia simuliter recipere et cum dignitate Canonici et prebende administratione vel officio aut integra vel dimidia portione etiam quadumvis retinere et huiusmodi fructus redditus et proventus percipere libere et licite valeas Constitutionibus et ordinationibus apostolicis necnon predictis et alijs Cartaginensi prefate ac aliarum in quibus beneficia predicta forsan fuerint eccliarum statutis et consuetudinibus. Nam iuramento confirmatione apostolica vel quavis alia firmitate roboratis ceterisque contrariis nequaquam obstantibus auctoritate apostolica tenore presentium de speciali gratia indulgemus. Provisum tamen quod parochialis ecclia ac beneficia predicta propterea debitis non fraudentur obsequijs et animarum cura in eadem parochiali ecclia nullatenus derogentur sed illius ac aliorum beneficiorum huiusmodi consueta onera congrue supportentur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Dat. Rome apud Sanctum Petrum Anno incarnationis dominice millesimo quadringentesimo quinquagesimo sexto Tertio Idibus July Pontificatus Anno Secundo.

Callio  
A. Rapell...

